



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Locutionis remedia sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Secunda est, temporis inconsideratio. Ecclesiasticus. Ex ore fatui repro-
 batur parabola, non enim dicitur
 eam in tempore suo. Idem. Homo sapiens
 tacebit usque ad tempus, lasciuus
 autem & imprudens non seruat
 tempus. Tertia est, usurpatio. Quæ
 fit quando aliquis se ingerit ad lo-
 quendum quod ad alium pertinet. Ec-
 clesiasticus. Loquere tu maior natu.
 Quartum est, inutilitas locutionis,
 que fit ex defectu audientium. Ecce-
 siasticus. Vbi non est auditus ibi non
 effundas sermonem. Quintum est,
 uituperandi intentio. Ecclesiasticus.
 Priusquam interrogas, ne uituperes
 quemquam. & cum interrogatus fue-
 ris, corripere iuste. Sexta est, præcipita-
 ta responsio. Ecclesiasticus. prius-
 quam audias ne respondeas uerbum.
 Pro. Qui prius respondet quam au-
 diat, stultum se esse demonstrat, & cõ-
 fusionem dignum. Et Isidorus. Tace
 prius, & audi, tace usquequo inter-
 rogeris.

Ecc, 20
 Ecc. 32
 & 34
 Ecc. 32
 Ecc. 11
 Eccl, 9
 Pro. 18
 Isyd.

Locutionis remedia sunt quatuor.

Primum est deuitare personas,
 & loca in quibus peccari in
 hoc solet. Vnde Isidorus. Pe-
 M 6

CHRISTIANA

riculosum est cum his qui prauę uoluntatis sunt sociari . melius est enim malorũ odium habere quã confor-
tium. Secundum est , omni uerbo aurem accõmodare . Isidorus . Claude aures tuas ne audias malum , respue sermones impudicos , quia unus sermo cito polluit mentem & facile agitur quod libenter auditur . Tertium est loqui raro . Vnde Philosophus . Ad summam perfectionis uolo te esse breuiloquum , rariloquum & summissa uoce loquentem . Et D. Ambrosius . Tenendus est modus in loquendo , & ab ipsis nonnunquam utilibus uerbis parcendum , quia sepe contingit , ut dum multa bona uerba proferre uidentur , ad aliquid prauum deriuentur . Quartum est examinatio locutionis . Vnde Hieronymus . Prius sit sermo ad limam , quã ad linguam . Ecclesiasticus . Verba prudentium statera ponderabuntur . Idem . In ore fatuorum cor illorum , & in corde sapientium os illorum .

Isyd .

Ambr .

Hieron .

Ecc . 21

Idem , 21

Loquens triplex.

Pf. 141.

Primus est superborum iniquitas . In uia hac qua ambulabam absconderunt mihi . Secundus est

est au
uolun
tioner
tius de
clesia
um a p
quæ ,
tatem

P
ius li
Vnde
doctor
se , di
tur Lu
quia f
potiu
script
tiz , i
Et u
num ,
In ho
licet
ras , e
pite
Glof
lio d